

Ad dit. ad Covarruvias

potes; cui enim finis concessus est, media ad illum necesse fari concedi debent, argumento l. illud 76. ff. acquir. *bardit.* Del-bene cum aliis, d. sect. 4. num. 3. Alioqui non quam, ut maxime posset captus evadere, cum vigilansimè vincti & adiuntur.

Ad Num. 12.

79 Hæc assertio communiter ab omnibus admittitur, cām que sine distinctione an justè damnatus sit, nec ne probant Sanch. dub. 9. n. 2. Gutier. d. cap. 24. n. 8. 9. Navarr. in manuali, cap. 17. n. 10. Less. d. lib. 2. cap. 31. dub. 5. n. 31. Lugo. d. disp. 40. sect. 4. n. 44. Remig. d. §. 20. n. 2. Diana par. 3. tract. 5. resolut. 10. 2. §. notandum secundo, Villalobos in summa. tom. 1. cap. 16. difficult. 11. n. 14. Del-bene ubi proxime, Pat. Suar. de legib. lib. 5. cap. 10. n. 16. Simanc. de Catholic. institut. cap. 16. n. 28. ultra quos ad rem istam videndi sunt, quos concessit Barbos. in collect. ad cap. nullus, n. 4. de presumpt. & generaliter quoties fugere peccatum non est, vincula, carceremque frangere licet. Del-bene *supr.*, Sanch. d. n. 2. Remigi. ubi proxime; nisi ut hic advertit, & diximus jam, damnum ex fractione ingens aliis immineat, & capti parum, aut nihil interstit evadere, nam à peccato non excusatibit.

Ad Num. 13.

80 Innocens justè ex actorum probationibus damnatus occidere custodem, aut alium justitiae ministrum licetè non potest, et si alius mortem evasurus non sit, sed rectè ab eis defenditur, se conferendo in locum munitum, ipsòisque terrore, ac manibus repellendo. At si iniquè contra justitiam damnetur, vitam tueri quomodolibet fas erit; nam tunc Judici, ejusque ministris, ut privatis reficit, videantur Sanch. dub. 17. Lugo d. sect. 4. num. 38. Gutier. num. 2. 38. Sot. lib. 5. quest. 6. art. 4. post principium, Menoch. d. cap. 30. 1. Tabiena verbo, Accusatio, num. 10. Castr. de leg. pœnal. libr. 1. cap. 5. fol. 15. 62. Boér. d. decif. 2. 15. n. 32. Viguer. libr. institut. cap. 5. §. 1. vers. Sexto, D. Lareta allegat. 11. 4. num. 4. 28. D. Antonin. par. 2. tit. 1. cap. 19. §. 6. Quod procedit, cū aliter iniquè damnatus pœnam subterfugere non valet. Sed si ex defensione maximum oriretur scandalum, per quod pax publica turbaretur, contra commune bonum, resistere, aut occidere ministros non licet, Sanch. num. 1. Nam pro bono communis potest, ac debet innocens vitam amittere, Tanner. tom. 3. disp. 4. 9. 8. dub. 5. num. 54. Dian. d. par. 5. tract. 4. resolut. 23.

Ibi; Ex quibus etiam id constat.

81 Detentus in carcere injusto notoriè, impunè vinculis, & carcere fractis fugit, nec pro confesso habetur; Gutier. num. 3. 6. Menoch. num. 14. Pax in præx. tom. 1. par. 5. cap. 3. §. 2. n. 4. Paris de Puteo in tract. de syndicat. §. carcerem, Jul. Clar. in d. §. fin. q. 26. 27. Ductus regul. 393. limitat. 4. Aviles cap. 18. prætor. glof. carceres, num. 41. & est communis, teste Roland. à Valle cors. 7. n. 47. lib. 1. Imo cuiilibet homo absque fractione carceris eripere permititur, Menoch. num. 24. Pax ubi proxime, Jason in l. 3. §. quod prætor. col. 3. ff. ne quis eum qui: Jul. Clar. quest. 28. num. 4. Quamvis Menoch. Bart. in tract. de carceribus, num. 17. Alexand. in l. 1. §. item si quis in fine, ff. ne quis eum: affirmerit, licere cuiilibet frangere carcerem, ut innocentem notorum eximat; quod verum erit in uxore, patre, vel aliis similibus, qui pœnam non merentur; Parlador. d. different. 51. §. 1. num. 4. his enim quasi proprium sanguinem qualiterqualiter redimere permittendum est: l. 1. ff. de bon. er. qui ant. sent. & quæ ob affectionem sanguinis committuntur, venia sunt digna; l. 4. §. fin. ubi Glof. verbo, parentum, ff. de re militari.

82 Sed si innocens aliquis verè sit, tamen justè in vinculis ob indicia, vel præsumptiones reineatur, & antequam de innocentia constet, carcerem frigerit ad fugam, probata innocentia (quod admittitur adversus factam confessionem resultantem ex fuga) mitius punietur. Judicis arbitrio propter fractionem, quæ si nocens fugisset; Anton. Gom. d. cap. 9. num. 11. de quo Farinac. latè, tom. 1. crimin. tit. 4. de carcerib. quest. 30. a num. 7. Fachin. controversial. lib. 9. cap. 69. Jul. Clar. d. q. 21. vers. Tertio autem modo, Menoch. de

presumpt. lib. 1. q. 89. num. 49. Bobadill. in sua politic. tom. 2. lib. 3. cap. 15. num. 111. Qui cum Gomezio ubi nuper, docet, non esse sic fugienti imponendam ordinariam pœnam delicti, pro quo est carceratus, nisi alias probeatur; quamvis communiter contrarium doceant D.D. maximè ubi conspiratio intercessit, potest enim quis fugere etiam prætimore, non ob conscientiam criminis, sed ob dubium iudicii eventum. Sic Alcibiades omnis culpæ expers noluit vocatus ab Atheniensibus in judicio comparet. aiens, nec suæ genitrici judicanti se crediturum, cū fæcile possint Judges falli nigrum pro albo calculo mitterentes; & tandem in absentia reus mortis judicatus est, ut Plutarch. refert, in ejus vita; quo exemplo in hac rem usi sunt Bobadill. sup. & Gutier. d. cap. 24. n. 12.

Ad Num. 14.

Quamvis licitum non sit justè damnato, vel carcerato vim inferre ministris justitiae, vel custodi ad fugam; tamen sine peccato carcerem frangit, vinculaque rumpit, ut est recepissimum; imo & commentariensem ipsum, si impeniat exitum, secum portare invitum potest; Gutier. n. 8. vers. nihilominus, cum num. seqq. Lugo d. disp. 40. à n. 41. Sanch. cod. cap. 4. dub. 7. num. 2. 6. & plurimi adducti numeri num. 79. Sed si se apprehendentes, in terram sine læsione, ut liberetur, prosternat, aut custodem dormientem alliget, venialiter peccabit; Diana d. resol. 10. 2. vers. Notandum est tamen. Et sic fugiens si in Ecclesiast. se recipiat, Ecclesiastica gaudet immunitate; Pax d. cap. 3. §. 3. num. 41. 42. Boér. decif. 110. col. penult. Chassan. in consuetudinib. Burgundie, rubric. 1. §. 5. vers. Archidiaconus, num. 116. Jul. Clar. receptar. libr. 5. §. fin. q. 30. num. 19. Ibi: Primum, ex ipso Caietano confit.

Effingens carcerem, ut fugiat, sive justè, sive injustè sit captus, tenetur ad resarcendum damnum paretis perforati, aut vinculorum ruptorum; non vero ad illud, quod alius occasione fugæ Commentariensi: Reipublicæ, vel alius contigerit. Videantur Dian. par. 9. tract. 9. resol. 43. Tanner. 2. 2. disp. 4. 9. 4. dub. 5. num. 104. Gutier. d. vers. Nihilominus, Sot. d. lib. 5. q. 6. art. 4. vers. Sed arguis. Viguer. supr. cap. 5. §. 2. vers. 6. Sanch. dub. 9. in fine, & alii communiter.

Ibi: Tertio ipse pottus Henrico Gandavensi.

His argumentis respondendum est cum Gutier. n. 13. 87 Lugo num. 45. & 47. Becario ubi supr. & alii: Ad primam, leges juri communis, & Regiam (quæ est 7 tit. 26. lib. 8. Recopil.) statuentes, ut fugiens à carcere pro confesso habeatur, & alias pœnas sustineat, præcedere in foro exteriori, & justissimas quidem esse ad vitanda dauna, & scandalum, quæ ex fractione carceris, ac carceratorum fugæ solent evenire in maximum Reipublicæ, & aliorum detrimentum; illæ tamen in conscientia non obligant, quia pœnales sunt, quæ in foro animæ non ligant, Navar. in manual. cap. 25. num. 55. Valenc. tom. 2. disp. 7. q. 5. punct. 6. vers. Alterum, Azor. tom. 1. lib. 5. cap. 6. q. 4. Filiuci. tract. 21. num. 420. Reginald. lib. 5. num. 50. Pellizzari, tom. 1. tract. 4. cap. 5. num. 543. Diana part. 1. tract. 10. resol. 17. unde non rectè infertur, leges que puniunt carceris effractores sunt justæ; ergo peccant qui carceres frangunt; omnes enim leges pœnales sunt justæ, cap. erit autem lex. 4. disp. 9. tamen non semper peccant facientes, quod ille prohibet;

Ad secundum satisfit similiter, quia non bene sequitur: licet reo frangere carcerem; igitur non obligatur ad dænum datum in ostio, vel vinculis, carcerisque pariete: siquidem hoc, pœna non est, sed illati detimenti reparatio. Sic, etiæ Respublica jus habeat ad auferendam civi domum ob bonum commune, pretium tamen solvere omnino debet, l. 2. tit. 1. p. 2. Gail. observat. lib. 2. observat. 56. num. 8. Mastill. de magistrat. lib. 3. cap. 4. num. 80. Molin. empor. jur. p. 1. tit. 9. q. 1. num. 8. Novar. de grazaminiib. vassallor. tom. 1. grazam. 23. num. 5. cum seqq. Hiermos. in l. 3. gloss. 4. n. 1. Noguer. alleg. 18. num. 69. Sic, qui, ut hostes evadat, per prata aliena transit, iure id facit; tamen dænum segetibus illatum tenetur restituere: similiter igitur, qui necesse habet parietem carceris rumpere, ut libereatur, licet det

operam

Variar. Resolut. Lib. I. Cap. II.

operam rei licite, non ideo relevatur ab onere reficiendi, quod destruxit, aut perforavit, Lugo, ubi proxime.

Ibi: His verò duo addenda sunt.

96 Ut cooperatio ad fugam carcerisque effractionem licet fiat, nonnulla sunt observanda, quæ recenset Sanch. dub. 10. n. 2. etiæ regulariter possit quis vincito consulere, ac sine violentia cum juvare, ut evadat, Sanch. ibid. Diana, d. resolut. 1. 2. Valenc. tom. 4. disp. 5. q. 13. punct. 4. Navarr. d. cap. 25. n. 38. Dried. de liber. Christian. lib. 1. fol. 22. 6. Corduba supr. quest. 195. Gutierrez. n. 15. Remigi. d. §. 20. n. 2. Malder. supr. tract. 6. cap. 3. dub. 7. & alii communiter: Ministri tamen justitiae, quibus incumbit ex officio publicam tueri potestatem, nullo modo possunt fugæ delinquentis cooperari, Sanch. Remigi. Gutierrez. & alii ubi proxime, Lugo, n. 15. cum seqq. Beccan. supr. quest. 6. num. 1.

97 Nulli permititur vincula, vel carcerem frangere, ut alios fugiac. Sanch. n. 3. ubi alii: Gutierrez. & omnes proxime allegati. Del-bene d. sect. 4. n. 9. estque omnium certa conclusio. Illud autem maximè dubitatur, num liceat vincito instrumenta ad frangendum carcerem ministrare? Negant Gutierrez. num. 16 vers. Dominicus vero Sot. d. art. 4. vers. Verum tamen ex his, Valenc. ubi supr., Navarr. d. cap. 25. num. 38. & alii, Affirmant Dian. Malder. Remigi: ubi proxime, Sanch. n. 5. Del-bene, n. 8. Bonacina tom. 2. tract. de legib. disp. 10. q. 3. punct. 2. num. 19. & plures ab his laudati, quorum opinio magis communis est. An vero ob debitam carceratum possit quis juvare ad fugam, & ad quid teneatur? docet Sanch. d. dub. 10. n. 6.

98 Quod autem dictum est, nemini licere publicam custodiā violare, ut alter effugiat, limitat Del-bene d. sect. 4. n. 9. in servo, qui justu domini carcerat licite rumpit partem, vel ostium carceris. Præterea potest limitari in patre, filio, & uxore; nam hujusmodi personis propter strictam sanguinis, & dilectionis conjunctionem, non videtur illicitum, carcerem frangere, ut captum eripiant, quod in foro exteriori concessit aliquando Parladorius supr. n. 4. Pater enim cum filio una, eademque persona existimat, l. in suis 11 ff. de liber. & postb. l. fin. C. de impuber. & alii: Imo magis in filio quam in se ipso pater patitur; l. i. si quidem 8. §. fin. quod met. caus. uel charior est parchibus propria vita, quam libitorum: sic Latinus Pacat. in panegyrico ad Theodosium. inquit: Inſtituente natura, plus ferè filios, quam nosmetipos diligimus; & latè prosequitur Menoch. de presumpt. lib. 6. pref. 56. à num. 4. Unde obnubuit in præxi, ut si pater, & filius pro eodem facinore sint torquendi, prius filius in conspectu genitoris cruciator; Menoch. ubi proxime, n. 5. Tiraquell. in l. si unquam, in prefat. num. 7. C. de revocand. donationib. Pax in præxi tom. 1. p. 5. cap. 3. §. 12. Paciam. pluribus laudatis, de probat. lib. 2. cap. 1. num. 44. cum seqq. qui paterni amoris egregium adducit exemplum. Nam Balbus cum à Triumviis, esset proscriptus, in locum turum fugit, q. d. rumor falsus perenit, quod filius eius erat caput, mori que tradendus, quo auditio, ut eum liberaret, se militibus objicit occidendum. Invicem etiam liberorum erga parentes pietas quanta sit, probat, & exemplis illustrat Menoch. pref. 57. per totam.

99 Similiter vir, & uxoris sunt caro, inter quos tanta est dilectionis vis, ut propter conjugem parentes relinquuntur, Genes. cap. 1. Mathai. cap. 19. l. 1. si quis filium, ff. de lib. hom. exhibend. l. si id quod 29. §. si quis servi, ff. de donat. inter: Imo viris uxores chariores esse, quam filios, scriptè Bart. in l. pater Severinam, §. socrus, ff. de condit. & demorit. Menoch. lib. 4. pref. 89. num. 61. in fine, & num. 62. Ex quibus dicendum videtur, quod quemadmodum non peccant, qui frangunt carcerem, ut ipsi evadant; ita etiam præfatis personis licebit idem facere ad eos liberandos, quos non minus quam se dilectos habent; nec alium, sed se ipsum à carcere liberat, qui filii, aut uxoris fugam procurat, propter identitatem personarum; de qua Fontanell. de pæct. nupt. claus. 4. gloss. 6. à n. 63.

Ibi: Secundo, animadvertemus est.

98 Quod damnatus, ut in vinculis sit in pœnam delicti, pon debeat fugere, etiam absque carceris fractione, est

magis communis resolutio; sed aliqui doctissimi Juiores distinguunt inter carcere valde stricturn & incommodum, & inter non ita acerbum, ut à primo liceat, non scilicet ad secundum fugere. Et quid si carcer sit perpetuus, vel ad tristemes quis damnatur. Videas Sanch. d. cap. 12. & 18. & Bonacina, ubi nuper, num. 14. Lugo d. cap. 40. n. 52. Gottieri. d. cap. 24. n. 17.

Utrum carceris perpetui pœna possit imponi? Tractant

Menoch. de arbitrar. lib. 1. q. 89. Salced. ad Bernar. Diaz in

præx. cap. 13. Bobadill. in politic. lib. 3. cap. 15. à num. 7.

Fr. Emman. quæstion. regular. tom. 2. q. 22. art. 4. & pro

gravissimis sceleribus posse quem ad carcerem perpe-

tuum condemnari, verius est. Sed & temporalis detentio

in vinculis publicis pro pœna apud nos sapientissime stabilitur;

l. 5. tit. 4. lib. 8. Recopil. coercetur pœna carceris pro uno

mense, quæ verba quædam sacrilega ibi expressa in Deum,

vel Beatum Virginem ejus Genitricem protulit. l. 2. tit.

7. eod. lib. sic plebentur ludis prohibitis utentes, si in bo-

nus non habeant, unde pœnam pecuniariam pendant: l.

1. tit. 10. eod. lib. filii injuriantes verbaliter parentes, in

carcere detiniri jubentur; & alii pluribus legibus eadem

pœna irrogatur, Bobadill. supr. n. 8.

Vers. Quartu ex principali.

Imo & hoc casu vim licet inferre possessori, ex com-

munis Theologorum sententia: videndum Lugo tom. 1.

disp. 10. sect. 9. n. 181. cum sequentibus.

Ubi respondeat ad l. si quis in tantam, C. unde vi, & si

milites prohibentes, propria autoritate res suas aliquem oc-

cupare, ea nixi præsumptione, quod scilicet semper potest

per legitimam Judicis potestatē unusquisque ius suum

consequi; qua præsumptione cessante, ubi in contrarium

est veritas, non obligat earum constitutionum prohibitiō

in conscientia; ut regulare est in omnibus legibus, quæ in

præsumptione fundantur; Gutierrez. canon. quest. lib. 22.

6. num. 11. Thom. Del-bene de immunit. Eccles. tom. 1.

cap. 8. dub. 15. num. 7. D. Covarr. in cap. cum essem, num.

Addit. ad Covarruvias

libr. 2. cap. 61. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 367. ubi varas refert sententias, Petr. Navarr. de restit. lib. 2. cap. 3. num. 246. Sanch. & Villadiego ubi proxime, Bobad. lib. 3. cap. 13. num. 20. cum sequentibus, & aequius, ac verius est, posse; nam fides delinquentibus est servanda; Cevall. lib. 2. quæst. 292. ubi alii.

In illa questione, an Judex, qui, impunitate promissa, suauit reo in Ecclesia existenti, ut ab ea exire; communiter sequuntur DD. distinctionem D. Covarr. in praesenti, Ant. Gom. supr. numer. 7. Sanch. cors. moral. d. lib. 6. cap. 1. dub. 12. & ultra supr. laudatos Authores alii, quos adducit Bobad. dict. cap. 13. num. 17. in gloss. lit. I. Thom. Del-bene tom. 2. cap. 16. dub. 24. num. 13. Cevall. supr. qui testatur de praxi: & quid si reus non dolo Judicis, sed alterius, ab Ecclesia recedat? Del-bene supr. n. 14. 15. qui distinguit, an Judex particeps fuerit fraudis, vel non.

A D C A P U T I I I.

Vtrum fructuum ratio habeatur in restitutione in integrum, que causa etatis sit.

S U M M A R I U M.

- 1 D D. materiam tractantes referuntur.
- 2 Verbum, restituere, in sententia positum, quando fructus continet.
- 3 Fructibus petitis cum re, qui Judicis officio debentur, si res restituti jubetur, reus censetur à fructibus absolvitus.
- 4 Minori restitutione in integrum concessa, an sit res restituenda cum fructibus.
- 5 Intelligitur cap. ad nostram, de reb. Eccles.
- 6 Feudum est beneficium, quod propter officium conceditur.
- 7 Creditor dominus directus rei sibi in pignus data fructus ex ea perceptos suos facit.
- 8 Impugnatur interpretatio ab aliquibus tradita ad dict. cap. ad nostram.
- 9 Bonam fidem habet, qui scit, rem à se per restitutionem in integrum auferri posse.
- 10 Fructus aly naturales, & industriales aly.
- 11 Communis divisio fructuum.
- 12 Alia fructuum divisio.
- 13 De differentia, ac natura fructuum, remissive.
- 14 Fructus civiles, propriæ fructus non sunt.
- 15 Judicis arbitrio relinquuntur, qui sint fructus naturales, qui industriales.
- 16 In dubio fructus naturales potius censendi sunt, quam industriales.
- 17 Fructus naturales non queruntur bona fidei possessori etiam cum titulo.
- 18 Fructus naturales sunt bona fidei possessoris, etiam sine titulo, maximè consumpti.
- 19 Fructus omnes indistincte ante litem contestatam percepti pertinent ad possessorum bona fidei.
- 20 Fructus naturales acquiruntur bona fidei possessori cum titulo, sed eos tenetur restituere, ex quibus locupletior factus est.
- 21 Fructus consumpti videntur extare, ex quibus possessor locupletior effectus est.
- 22 Quando presumantur fructus consumpti.
- 23 Possessor presumitur locupletior factus ex fructibus, quos consumpsit.
- 24 Nullus proprium patrimonium jactare creditur.
- 25 Possessor bona fidei sine titulo fructus naturales suos non facit.
- 26 Possessor bona fidei fructus industriales extantes cogitur restituere.
- 27 Possessor bona fidei fructus industriales consumptos non restituit.
- 28 Convenit principaliter propter fructus perceptos independenter a re aliqua, eos restituere omnino, ex quibus locupletior invenitur.

- 29 Conciliatur, l. qui bona 23. & l. bona 48. de acquir. rex. dom. cum l. qui scit 25. § fin. ff. de usu.
- 30 Non videtur quis capere, quod alij tenetur restituere.
- 31 Fructus bona fide possessi per triennium usucapiuntur.
- 32 An qui fructus consumpsit ante triennium a die perceptionis, & post illud convenitur, debeat restituere eos, ex quibus locupletior factus est?
- 33 Usucapi sine possessione non procedit.
- 34 Subrogatum sapit naturam ejus, in cuius locum subrogatur.
- 35 Si possessor fructus usucapiat, cessat eorum restitutio.
- 36 Res propria à domino usucapi non potest.
- 37 Quod meum est, amplius meum fieri negatur.
- 38 Error juris bonam fidem parit quoad fructuum acquisitionem.
- 39 Errans in iure nec malam, nec bonam fidem censetur habere.
- 40 Errans in iure, quoties jus actui resistit, suos fructus non facit.
- 41 Error non presumitur.
- 42 Praesumptio cedit veritati.
- 43 Ad fructuum acquisitionem; malam fidem abesse sufficit.
- 44 Distinctio qusdam cum D. Covar. rejectitur, remissive.
- 45 Juris & facti errore concurrente, bona fides vitetur.
- 46 Abbas non exempli neguit bona monasterij sui alienare ab suo consensu Episcopi.
- 47 Abbas etiam exemptus ad alienationem rerum exiguarum debet petere licentiam ab Ordinario, ubi talis fuerit consenseru.
- 48 Ubi recepta est extravagans, Ambitiose, de reb. Eccles. Abbas non valeat alienare immobilia, aut mobilia pretiosa, absque assensu Pontificis.
- 49 Quae solemnitates requiriuntur in alienatione rerum Ecclesiasticarum? remissive.
- 50 Alienatio rei Ecclesiastice sine debita solemnitate, est ipso iure nulla.
- 51 Ecclesia ob enormissimam lesionem competit post quadriennium etiam restituere.
- 52 In restitutione in integrum ex iustitia veniunt fructus.
- 53 Pontifex, ubi aliquid ex benignitate indulget, id exprimit, ne jus commune inducatur.
- 54 Additur aliis intellectus ad d. cap. ad nostram.
- 55 Vivente Prelato, qui alienavit, non labitur Ecclesia quadriennium ad petendam restitutionem.
- 56 Quanta debent esse laiso, ut restitutio in integrum concedatur.
- 57 Relinquitur Judicis arbitrio.
- 58 Judices faciles esse non debent ad concedendam restitucionem in integrum.
- 59 Restitutio non est concedenda ob minimam lesionem.
- 60 Concedi debet ob grave derrementum.
- 61 Intelligitur l. scio, ff. de in integr. restitut.
- 62 Etiam prudentissimi solent decipi contrahentes in exigua quantitate.
- 63 Minor lesus non restituitur, si prudenter se gessit in actu, contra quem restitui desiderat.
- 64 Non est aquum, ut contractus maxima quantitatibus ob lete damnum minoris rescindatur.
- 65 Ad concedendam Ecclesia restitucionem quanta desideratur laiso.
- 66 Judicis arbitrio relinquitur.
- 67 Remedio ordinario existente, cessat extraordinarium.
- 68 Fallit, si magis pingue sit extraordinarium.
- 69 Minor restitutus ob laisonem in pretio, rem preciè avocare non valet, & infra num. 93.
- 70 Contrarium qui doceant.
- 71 Judex tuè sequitur opinionem communem, quam maiuerit.
- 72 Judici licet amplecti sententiam, quam ipse minus probabilem putat.
- 73 Agens remedio l. 2. C. de rescindend. vendition. fructus

Variar. Resolut. Lib. I. Cap. III.

179

non consequitur ante litem contestatam perceptos.
74 De minimis non curat Presor.
75 Licitum est contrahentibus se invicem decipere.
76 Pro re minima actio furti non datur.
77 Fama hominum plurimi habereri debet.
78 Fama est vita charior.
79 Damnatus furti infamia notatur.

80 Ubi de poniis disputatur, benignior pars eligenda est.

81 Pena sunt restringenda, non amplianda.

82 Intelligitur textus in §. Gallinarum, Inst. de rer. divis.

83 Non est idem, furtum committere, & furti actione teneperi.

84 Dolosus est, qui vel in uno numero alterum decipit.

85 Dolus non in quantitate, sed in facti qualitate consistit.

86 Prætor pro oculis equitatem semper habere.

87 Actio de dolo pro re minima non datur.

88 Interpretatur l. vulgaris, ff. de furt.

89 Non tam verbis, quam menti Legislatoris standum est.

90 Ecclesia enormissime laesa usque ad ira verna restituitur.

91 Intellectus l. fin. tit. fin. part. 6. in prima parte; remissive.

92 De ejusdem legis interpretatione in secunda parte, remissive.

93 Restitutus, quia Iesus fuit in pretio, non avocat rem preciè juxta Communem; vide supra, num. 69.

94 Ratio decidendi ad dict. cap. ad nostram, traditur.

95 Fructus feudi presumuntur aequales labori, & obsequio vassalli.

96 Vassallo omnis utilitas feudi debetur.

97 In datione in feendum locus non est l. 2. C. de rescindend. vendit.

98 Non est propriæ feendum, quod conceditur pro annua pensione.

99 In restitutione ex gratia fructus non veniunt, secus ex justitia.

A D rem hanc consulendi sunt, Guttierr. practic. quæst. lib. 4. quæst. 69. Sforcia Oddus de restit. in integr. 1. part. quæst. 45. artic. 2. Richard. in §. extraneis, num. 53. cum sequentibus, Inst. de heredum qualit. Surd. decis. 45. Pinel. in l. 1. part. 2. cap. 4. C. de rescind. vendit. Morla in tempor. jur. tit. 5. de in integr. restitut. 1. part. quæst. 1. num. 31. Cancer. variar. part. 2. cap. 1. a numer. 287. Molin. de insuffl. & jur. disp. 575. Costa in l. Gallus, §. & quid si tantum, part. 2. a numer. 53 ff. de liber. & posiblum.

Ad Num. 1.

2 Verbū restituere, in sententia positum, an fructuum condemnationem continet & controvertitur, & est pro utraque parte communis opinio. Sed hæc resolutio tenenda est, quod cum ex natura actionis veniunt fructus, ut in actionibus restitutoriis, judicis universalibus, & similibus, ex eo quod Judex, restitut. verbo utitur, res cum fructibus reddi debet; secus si actio ejus naturæ non sit, Castil. quotidian. libr. 5. cap. 135. num. 10. Parlador. differ. 42. num. 10. Pont. decis. 25. num. 9. & 10. Noguerol. alleg. 8. numer. 42. late Hermos. in l. 2. tit. 5. part. 5. gloss. 2. ex. num. 95. qui à num. 98. cum Surd. decis. 98. docet, quod si petantur fructus cum re, ubi officio Judicis debentur, & Judex restitutio subeat rem, censabitur reus à fructibus absolutus, neque amplius ad eos agi poterit.

Ad Num. 2.

Vers. Erit igitur expeditum.

Ex DD. in principio hujus capituli laudatis constat, recipiissimum esse, minori per integrum restitutionem, rem cum fructibus à die contractus perceptis fore reddendam; quibus adjungendi sunt Cyriac. controvers. tom. 1. cont. 2. 1. num. 77. Gamma decis. 312. num. 1. ubi Flores de Mena, Cevall. commun. tom. 3. quæst. 763. num. 68. Menses in l. 2. n. 30. C. de rescind. vendit. Simoncel. de decreto. lib. 3. tit. 7. inspect. 7. Menchaca controvers. usufrequent. lib. 3. cap. 65. 66. Ant. Gom. Lusitan. decis. 212. Caldas in l. si curatorem habens, verb. Implorandum, num. 13. Aliqui nihilominus

contra sentiant, Molin. num. 4. Rebus. tom. 2. ad leg. Gallicas rubric. de restitutionib. gloss. 3. num. 31. atque idem sensisse Senatum Gratianopolitanum, testis est Francise. Marc. quæst. 21. part. 1. testaturque de praxi Pi. dict. cap. 4. num. 7. qui sentiant, à die litis contracte fructus deberi; de quo videndi sunt Guttierr. & alii supra.

Ad Num. 3.

De interpretatione cap. ad nostram, de reb. Eccles. agunt, Guttierr. Pinel. Mol. Morla ubi supra, & alii, quos congerit Barbos. in collect. ad eum textum, & inter varios intellectus ille magis arridet, quem ex Menchaca referit Ussel. in present. Ideo enim fructus non restituuntur in illa specie, quod cedant feudatario in compensationem obsequi, quod tanquam vassallus exhibere Monasterio renabatur; quo referenda sunt illa verba Pontificis: cum sibi fructus percepi sufficiere debant pro labore. Qui nequaquam loquitur de labore fructuum percipientium, nam iniquum esset proper hunc, possidentem universos fructus lucrari; cum sufficeret, partem aliquam in mercede ipsius relinqui, maxime cum ita fuissent uberes, ut ibi referatur; quod advertit D. Covarr. numer. sequenti, cum Costa in dict. §. & quid si tantum, 2. part. numer. 75. Retinet ergo omnes fructus feudatarius (quos alii restituere compellentur) propter obsequium; nam feudum est beneficium, quod ob efficiuntur datum: cap. unico, de vassall. milit. qui arm. bellic. depositus. Sic dominus directus sine distinctione fructus universos suos facit (licet aliqui aliud docent) è re feudali perceptos, sibi in pignus à vassallo data, nec in sororem computat; quia cum interim cesseret obsequium, non debent ad feudatarium pertinere; cap. 1. ubi Gloss. de feud. cap. conquisitus de usur. Barbos. in collect. ad dict. cap. 1. ubi plures laudat.

Ad Num. 4.

Vers. Secundo, prefata decisio.

Intellectus hic divinat, restringens generalia Pontificis verba, qui indistinctè decidat, fructus feudatario relinquentos; & ita textum interpretantur communiter Doctores, pro ut ex nuper allegatis appetit. Pæcera expeditem non est omnino, fructus non esse mino i restituendos, si consumpti sint, nec possessor ex eis fuerit locupletior factus, ut videtur est apud Guttierr. num. 25. & Oldom. num. 20. & ubi lex generaliter loquitur, distinctione adhiberi non potest, l. de pretio 10 ff. de public. in rem action. Del-bene supra cap. 3. dubi. 12. num. 9. Tuschi. l. D. conclus. 508. August. Barbos. axiomat. 136. num. 4. ubi multi.

Ad Num. 5.

Bonam fidem habere; qui scit rem à se per restitutionem in integrum auferri posse, docet cum Molin. dict. disp. 575. Guttierr. n. 24.

Ad Num. 6.

Hanc fructuum divisionem in naturales & industriales sequuntur Pinel. d. cap. 4. num. 52. Sanch. oper. moral. lib. 2. cap. 23. num. 52. apud quem Joann. Cop. Guttierr. Menoch. & Castillo. Sed communiter juris interpretantes teriam admittunt specimen fructuum, quos Civiles appellant, Marescot. variar. lib. 1. cap. 64. num. 1. Carleval. tom. 2. tit. 3. disp. 34. num. 21. Merlin. de pignor. lib. 2. tit. 1. quæst. 53. num. 17. Escobar de ratiocin. cap. 29. num. 4. Pichar. in §. si quis à non domino, num. 7. Ins. de ver. divis. Alij aliter dividunt fructus, in naturales, industriales, ac mixtos, qui autem sint naturales, qui industriales; qui civiles, & mixti; præfati docent DD. Illud vero comprehendunt, vecturam navis, pensiones domorum, lucrum ex mercatura, &c. quæ fructus civiles nuncupantur, propriæ fructus non esse, sed eorum vices gerere, l. mercedes 29. ff. de petit. hered. l. cum seruus 39. §. fructus ff. de leg. 3. l. usura 34. ff. de usuris, Lugo, qui ultimam proxime tradidram fructuum divisionem probat, de just. & jur. tom. i. disp. 17. num. 38. Sanch. num. 53. Catroc. de locata. tit. de verb. signif. quæst. 10. num. 5. Cyriac. dict. tom. 2. CONSTITUTA